

Resp. Phrasis *indurare* non significat duritiei ingenerationem; sed singularis est idiotismus, sicut pater filium sæpè castigando in malitiã dicitur roborasse, q. d. ich werde ihn nur verhärten / oder halbstarrig machen. *Danbaur*. Id. Bon. Disp. p. 155. Pari modo & Germani dicunt: einen fromm machen / einen zum Dieb oder Lügner machen / non quod alter alterum reipsã talem faciat, sed quia furti mendaciiq; convincit, & talem esse publicè proclamat. Sic Sacerdotes dicebantur *sanctificare* leprosum non faciendo, sed pronunciando sanctum vel purgatum. Et verba Hebræa in *Kal* Neutra, in *Hiphil* Activa fiunt, & per facere exponuntur. Sic עוּר impius fuit, in *Hiphil* notat *condemnare seu pro impio pronunciare*. Ita כֹּזֵב mentiri, in *Hiphil* est *mendacii arguere*. צַדִּיק justum esse, in *Hiphil* significat *alteri verbis justitiam tribuere seu justum reputare & absolvere*. Deus non indurat $\epsilon\upsilon\epsilon\rho\upsilon\eta\tau\iota\kappa\omega\varsigma$, efficaciter, sicut Diabolus, qui excæcat mentes infidelium, ne fulgeat illis illuminatio gloriæ Christi 2. Cor. 4. 4. Sed Deus indurat hominum

COR-